Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractio de incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 198

Mangillius, Antonius

[S.l.], 1632-1634

Dispvtatio V.- De impeccabilitate christi eiusque, libertate

urn:nbn:de:bsz:31-117158

Visual Library

Addendum est Xti quamuis hæc secundum nos vera sint nihilominus gratia quam Adam habuit in statu innocentiæ non fuit dependens a Xti meritis. aliq id docet S. Thom. q. 9. de veritate art. 4. ad 3. Lotus de natura et gratia cap. 6 et alij. ratio a. est, quia decretum dandi gratiam Adamo oblune. natura fuit ante visionem peccati illius, siquidem Adam fuisset creatus cum eadem gratia etiamsi peccatum Adami non esset futurum. decretum a. Incarnationis fuit post praevisionem huius peccati, vt ostendit ex dictis, et per consequens fuit post decretum dandi gratiam Adamo et gratia status innocentiæ non fuit dependens a Xti meritis. idem a. dicendum est de gratia Angelis data cum ea non fuerit magis dependens a Xto quam hoc in statu innocentiæ.

Addo quod sicut Pes non est mortuus pro Angelos ita neq pro casu et incarnato, vt communis sententia docet, deprinde neq istorum praedestinatio aut substantia quae per gratiam habetur fuit dependens a Xti meritis.

Denique ex dictis colligitur Christum ita esse caput hominum vt sint certa praedestinatorum illorum et determinate vt primus inter omnes homines praedestinatos qui respectu ceterorum est quasi princeps respectu maneqiorum in multitudine et coram Xto dicit, et caput.

His absolutis tractandum est de scia Xti, de qua S. Thom. q. 10. 11 et 12. verum quia in tota hac materia non est magna controversia inter Scholasticos saltem hoc temporis, et per tempus non liet examinare ora quae ex D. Thomae quaestionibus supersunt, ideo omissis iis quae de scia Xti dicuntur et videri potest praesertim apud Suarez et Vasquez. nonnulla alia magis controversa et maioris momenti tractabimus.

DISPUTATIO V.

De impeccabilitate Christi eiusq; libertate.

De Xti impeccabilitate D. Thomas egit q. 15. art. 1. et 2. de eiusdem libertate egit q. 18. art. 4. ideo nos hic breviter de utroq agemus.

CAPVT I.

De Christi impeccabilitate.

Ponendum est tanquam de fide certum nullum fuisse in Chro peccatum. ita ex 1.a Petri cap. 2. qui peccatum non fecit nec inventus dolus in ore eius. et ex cap. 7 epsta ad hebraeos: oportebat vt nobis esset Pontifex sanctus, innocens, inpollutus, segregatus a peccatoribus. et ex illis Chri verbis Joan. 6. quis ex vobis arguet me de peccato. idem sanctum est in Concilio Ephes. can. 1. in Lateran. sub Martino 1. et in Chyn. art. 18. et 17 in definitione fidei.

Ponendum est 2do Christum et eius humanitatem fuisse oino impeccabilem ratione unionis beatifica, qa cum visio beatifica sit clara et intuitiua cognitio summi boni nempe Dei, sicut oino necessitat ad Dei amorem, ita etiam necessitat oino ad non peccandum. quapp. remanet tm controversum: vtrum Chrus fuerit impeccabilis ratione unionis hypostatica secundum, a visione beatifica, et posito qd ratione eiusdem unionis sit impeccabilis, vtrum sit impeccabilis physice, an tm moraliter.

Primo a. quidam affirmant Chri humanitatem de potentia absoluta potuisse peccare. ita Durandus in 3. dist. 2. q. 2. idem indicat Scotus itidem q. unica et dist. 2. q. 1. vbi vult Christum esse impeccabilem non ratione unionis hypostatica sed ratione beatitudinis. quare cum Chrus de potentia Dei absoluta potuerit non habere visionem beatificam etiam per eandem potentiam secundum Scotum peccare potuit. idem indicat Gabriel in 3 dist. 1. q. 2. et dist. 12. q. 1. argta vero qua pro hac sententia afferri solent infra videbimus.

Alij affirmant 2do humanitatem Chri etiam ratione solius unionis hypostatica et secundum a visione beatifica fuisse oino impeccabilem. ita Magister in 3 dist. 12. S. Thomas itidem q. 1. art. 2. Capreol. itidem q. 1. Paludanus q. 2 et alij quos refert et sequitur Suarez disp. 33 sect. 2. Vasquez disp. 91. cap. 3.

Premittendum est pro solutione difficultatis, si Chri humanitas secundum a visione beatifica peccare potuit duobus modis id illi esset. primo quidem sta vt per peccatum tollat et destruatur unio cum Verbo. 2do sta vt cum ea maneat peccatum.

Premittendum est rurium ex prima 2da tam ad peccatum commissionis quam omissionis necessario requiri concursum ea prima. et quidem ad peccatum commissionis, vt suppono ex eadem

parte

parte requiritur concursus immediatus sive identificatus cum
eadem entitate positiva alterius peccaminosi. ad peccatum a. omis:
sionis necessario requiritur concursus Dei saltem mediatus, quatenus
videlicet requiritur ad cognitionem boni contrarij præcepto, in cuius
videlicet transgressione consistit omissio, quam cognitionem ne=
cessario præsupponit omissio libera et mala. imo si ñ esset dari
pura omissio absq; ullo actu positivo vt peccatum omissionis fiat
necessario requiritur concursus Dei sive causæ mæ etiam immediatus
nempe ad actum positivum qui est causa omissionis.

Dicendum est cum 2da sententia Chri humanitatem ratione
unionis hypostaticæ nullo modo peccare potuisse. hanc conclusionem quidem
asserunt ec adeo veram vt contrarium velut certum planum aurum hæresim offensivum.
Pbt 1mo ex PP. primo quidem ex Cyrillo Alexand. lib. 10 in Ioan. cap.
14. vbi explicans illa verba: venit e. princeps mundi huius et in me
non habet quicquam, inquit, potuit diabolus de suis in me in=
venire, peccatum e. et peccati origo diaboli est. Chri vero natura Deg
natura immutabilis peccare ñ poterat. his a. verbis Chri impeccabili:
tatem Cyrillus refert, vt vitat ad unionem cum natura divina, ita vt sicut
verum est q̃d hic hoo sit natura Deus et immutabilis, ita etiam verum
sit q̃d hic hoo peccare ñ possit. 2do Cyrillus de recta fide ad Theod. ant.
medium docet Dei filium sobequam suam humanam ubi propriam
reddidisset sua natura firmitate et immutabilitate peccato illam
superiorem reddidisse. hanc vero superioritatem quæ nihil est aliud
quam impeccabilitas refert ad unionem hypostaticam qua Dei filius
humanam naturam ubi propriam fecit.

Deinde pbt ex Athanasio oratione 2. contra Arianos vbi
contra eosdem hæreticos hanc assignat rationem cur necesse fuerit
Deum incarnari ad redemptionem generis humani, qa cum ois
creatura corruptibilis et mutabilis sit a bono in malum, ñ poterit
nra salus et firmitas in bono a creatura profluere et ideo long fuit
Deum unicommutabiliter bonum hominem fieri, vt cum peccare ñ posset
salus nra iterum ñ periclitaretur.

Alia testimonia ex eodem PP. affert Vasq. disp. 63. cap. 3.
propterea eadem illis probari pt ex alijs etiam PP. vt ex Anselm. lib. 2.
cur Deus hoo. cap. 7. 10. vbi primo, inquit, Adam peccare potuit qa
purus hoo, 2do Adam peccare ñ potuit qua Deus. ex Greg. Nazianz. ora
sequent. et alijs multis quos ht Vasq. loco citt. et Suarez disp. 35. sect. 2.
quamvis testimonia Cyrilli et Athanasij qui summæ authoritatis sint cum
eorum testimonia contra hæreticos illorum temporum habita sint
a tota Ecclesia pro regula fidei, nobis sufficere possunt.

2do

Ad 1 pbr conclio ratoc: qa unio hypostatica ex sua cetia exigit negaoem divini concursus necessary ad peccandum & voluntas creata Chri & eiusdem humanitas nulla ratoc peccare potuit. Concedo pbr: qa si unio hypostatica ex sua cetia exigit negaoem divini concursus ad peccatum & eodem modo exigit negaoem assistentiae Dei ad concurrendum cum humanitate Chri ad peccandum, quae assistentia, vt pbr, necessario includitur in hoc qd e humanam Chri voluntatem peccare póe, unde per negaoem eiusdem assistentiae humana Chri voluntas necessario redditur impeccabilis. Ans a. primi enthimematis pbr: qa unio hypostatica cum sit substantialis participaio naae divinae e summa sanctitas quae pótt conferri naae creatae, ac proinde cum n implicet de ratoc illius sanctitatis ee exigere negaoem concursus ad peccandum, haec illi effectio denegandae n e, sicut in eadem unionem hypostatica cum ois effectio n repugnans Chri dignitati, vt cum S. Thoma q. 23 art. 3 in corpore tenantur Theologi, concedenda e Chro. qd a. exigere negaoem concursus ad peccandum, quae e ratio impeccabilitatis conferatae, recte inferitur ee de ratoc summae sanctitatis quae naae humanae coniungi pótt constat ex eo qd dicimus Deum e summe sanctum n solum qa hucusque peccavit nec peccaturus unquam est, sed etiam qa peccare n pótt, n quidem pbe necesse e ideo vicinum peccato vt peccatum sapiat & redoleat, e ideo n solum repugnat summae sanctitati naae increatae, ceo etiam summae sanctitati quae naae humanae e voluntati creatae conferri ft. qd etiam indicarunt Nazian. oratoq de Theologia cum dixit: illius e. voluntas cum tota deificata sit Deo proinde dubio n amertatur, quae verba de humana Chri voluntate pronuntiata postea recitata e approbata fuerunt in 6 Synodo act. 16. e in Concil. Florent. post sessionem ultimam in decreto Eugenij 4.

Dices: foa ignis exigit calorem e nihilominus Deus pótt conservare ignem absq ot calore sempe per absolutam potiam & similiter quamvis unio hypostatica exigat negaoem concursus ad peccandum nihilominus potent Deus humanae Chri voluntati offerre concursum indifferentem ad peccandum e n peccandum in ys saltem circumstantiis in quibus Deus per seidem conditionatam praevidet humanam Chri naam n peccaturam etiamsi talis concursus indifferens illi offeretur, ac proinde humana Chri voluntas in tali casu e per absolutam Dei potiam peccare pótest.

Ad concedendo Ans e nego seq: disparitas e, qa ignis n exigit ectialiter calorem nempe ita vt implicet ee ignem absq calore, contra vero unio hypostatica ita exigit ectialiter negaoem concursus ad peccandum sive negaoem assistentiae e praparatis ad talem

con =

concursum vt implicet de vnionem hypostaticam in humana Chri náa
nue náa creata, cui talem concursum Deus praebeat vel assistat ad
concurrendum ad actum peccati, sicut etiam iuxta eosdem sentiam vta
extraliter de ráone propria subsistiae creatae e exigere separaóem a termi-
naóe alienae náae vt neq per absolutam Dei potiam cum eadem terminaóe
componi vel coniungi potest.

Dices tertium: ráone supra facta probari tm Chri humanitatem e impeccabilem peccato commissionis n. a. omissionis, qa ad peccatum omissionis n requiritur concursus Dei, ac proinde per exigentiam negaóis concursus Dei ad peccatum n pt humana Chri voluntas reddi impeccabilis peccato omissionis.

R. puram omissionem absq di actu positivo voluntatis n póe dari, vt suppono ex doa 2da, ac proinde n póe de peccatu omissionis quin intercedat aliquis actus positivus precedens malus ad cuius entitatem sit necessarius positivus Dei concursus, ac proinde argtu supra factum probat Chri humanitatem neq peccato omissionis ~~peccato~~ peccare potuisse. Deinde dico si posset dari pura omissio absq n actu positivo voluntatis tunc satisfit in hanc dicendo vnionem hypostaticam exigere negaóem concursus ad cognitionem sive apprehensionem boni contrarij praecepto affirmativo cuius e omissio necessariam e sufficientem ad puram omissionem liberam e peccaminosam, ac proinde facta etiam illa suppositione humanitas Chri ráone vnionis hypostaticae etiam praecise sumptae neq peccato omissionis peccare posset.

Dices demum: creata voluntas semper exigit concursum indifferentem ad peccandum e n peccandum quatenus cum habet vltior dia necessaria seu requisita ex parte sua, sed haec dia ht humana Chri voluntas ex parte sua &c. R. negando min: qa sicut náa exigit operaóem nec pt operari nisi praesupponatur subsistia, vt pt ex dictis, ita nec exigit concursum ad operaóem nisi supposita eadem subsistia, ac proinde cum humana Chri náa n hat proprium subsistiam creatam ex creatam, n habebit dia náalia requisita necessaria ad operandum nec exigit illas operaóes quas exigeret illa subsistia praesupposita, e per consequens hunqam exigit concursum indifferentem e necessarium ad peccandum eo ipso carent propria subsistia náali a qua sola tanqam a constitutione necessaria deqendet exigentia eiusdem concursus.

Ex dictis 2. infertur quamvis humana Chri náa habuerit in se fomitem remotum e radicale peccati, qd fomitem e voluntas creata eadem tn náam e impeccabilem, n modo qd habuit aliquid vnicompossibile cum actu peccati, sed etiam qd habuit aliquid incompossibile cum potia

peccandi

peccandi sive cum aliquo gd de ratione talis potiae, vt assistentia et praeparatio primae cae ad concurrendum, quam assistentiam et praeparationem humana Chri nata non habuit ratione unionis hypostat. etiam praescindendo ab oi actione.

2do infertur humanam Chri potuisse solum moraliter esse impeccabilem, sicuti sunt Beatus. Virgo, Apti et alij confirmati in grata, qui pg copiosissima Dei auxilia consecutantur non poe peccare sed esse physice impeccabilem praescindendo etiam a visione beatifica quatenus ratione unionis hypostatica physice exigebat negationem concursus in actu primo necessarium ad poe peccare, neq solum esse impeccabilem de potia ordinaria, sed etiam de potia absoluta, siquidem implicat contradictionem humanam Chri voluntatem peccare, nempe eo gd ratione unionis hypostaticae deificata sit, vt loquitur Nazian. vt et sicut implicat Dei voluntatem poe peccare, ita etiam ratione unionis hypostaticae implicat poe peccare humanam Chri natam seu voluntatem, eo gd, vt diximus, potia ad peccandum redoleat peccatum et foaliter excludat a summa sanctitate communicata.

Tertio infertur humanam Chri voluntatem ratione unionis hypostaticae esse ita impeccabilem vt neq potit componere peccatum cum unione neq peccando potit illam destruere.

Quarto infertur Atiam Chri ita fuisse sanctificatam per unionem hypostaticam vt in illo non potuerit permanere peccatum ullum habituale siue mortale siue veniale, si nimirum ipsius tempore ante unionem eadem Atia creata peccasset. ratio, qa de ratione unionis hypostaticae quatenus est summa sanctitas natae creatae conicata est excludere potiam peccandi et multo magis de ratione intrinseca illius est qa assignatam rationem excludere ab Atia in qua ipsa est gdcunq peccatum habituale tam mortale quam veniale, cum et hic effectus foalis non repugnet humanae sanctitati summae unionis hypostaticae profecto illi concedendus utpote illi maxime conveniens, sicut etiam gratia est talis nata secundum multos vt etiam per absolutam Dei potiam non potit coniungi cum peccato mortali, et secundum multos deleat peccatum veniale quando ob actum doloris de illo infunditur. vide Vasquez cap. 6. num. 33.

Addendum est ex eo gd operationes natae dependeant aliquo modo a subnatia, vt patet ex dictis, et per consequens operationes Chri sint dependentes ab unione hypostatica poe inde probari Christum fuisse quidem impeccabilem de potia ordinaria, non tn inde arguari pt esse etiam impeccabilem de potia absoluta, qa fortasse de potia absoluta nata pt operari independenter a supposito.

Addendum est rursum, quorundam, vt Suarez disp. 33 sect. 2. et alios

& alios praesertim recentiores supra positam conclusionem probant hac ratione: si humanitas unita Verbo peccaret Deus & Verbum peccaret in tn denominative, qa tribueretur Verbo peccatum consequens naturam unitam, sed vere & formaliter Deus peccaret, atqui hoc est impossibile, &c. Sequela ma: pbt: qa quando inquiunt natura superior unit sibi naturam inferiorem tenetur eam regulare quantum pt, verum si permittat eam peccare tunc peccatum tributur permittenti eam peccare. atq. id explicant exemplo Patris qui tenetur regere filium & eius peccata impedire. mari qui tenetur regere uxorem, & Dni qui tenet regere servum.

Sed contra 1, qa si per impossibile vel possibile natura Angelica v.g: Michaelis destructa eius personalitate hypostatica uniretur supposito Petri, nemo, ut opinor dicet in tali casu Petrum teneri ad regendam naturam Angelicam sibi unitam cum haec sit longe excellentior & dignior & longe aptior ad regendum Petrum quae extra; negnqa Angelica at secundum naturam naturae Angelicae in ratione subsistentia pendet a Petro, Petrus a. n pendet a natura Angelica, & sic neq natura Angelica haberet obligationem regendi Petrum vel impediendi eius peccatum, siquidem vis obligatio regendi alium consurgit ex dependentia huius et altero, ut constat exemplo Patris & filij, partis rationalis & partis sensitivae in homine. qd si natura humana in ratione subsistentis pendet a Verbo, haec tn dependentia n induxit peculiarem obligationem regimiris, ut patet ex iis quae diximus de natura Angelica hypostatice unita Petro. ratio a. huius rei est, qa dependentia in ratione subsistentis nullam peculiarem supposito tribuit potestatem in operatione alienae naturae terminatae ad ipsum, neq s.. suppositum terminans alienam naturam et idcirco magis illam regere vel regulare quam si eam n terminaret, & per consequens neq magis tenebitur illius peccata impedire quam si eam naturam n terminaret.

Rdo exemplum Dni & servi pte convertit contra adversarios, qa nos sumus extraliter servi Dei magis quam vno hoo potest esse servus alterius, nec tn Deus tenetur impedire peccata nra, praterea nos sumus coniuncti cum Deo tanquam effectus cum causa, & quidem magis quam ut coniuncti filius cum Patre, cum nos dependeamus a Deo in conservari & operari & multo magis a Deo dependemus esse quam a Patre, nec tn ideo tenetur Deus impedire peccata nra, ergo igitur tenetur impedire peccata natae sibi hypostatice unita.

Dices: assumens aliquam naturam in unitate personae facit illam suam ad illum modum quo quis hs manum suam & quo, si vera sentia distinguens ~~sen~~ tiam sensitivam a rationali tia sensitiva & in eso homine &, sicut hs manum tenetur illam regere ne alteri noceat, & posita praedicta opinione homo tenetur impedire tiam sensiti=

lica at secundum naturam naturae Angelicae obligan ad regendum Petrum

sensitiuam ne libere turpia imaginetur & concupiscat, ita idem dicendum erit de Verbo diuino respectu naturæ assumptæ.

Ex negatis est sequi disparitas, qa mang. & hia sensitiua licet ponantur distincta a rationali, n habent propriam voluntatem qua regantur, sed st subditæ eidem voluntati qua singulæ & oes partes eiusdem hois gubernantur, ac proinde eadem voluntas tenetur & hiam sensitiuam & manum regulare. contra vero natura assumpta siue humana Chri natura proxime regitur sua propria voluntate, neq Verbum in ea vim vel potestatem his nisi per modum cæ primæ sicut his & reliquas voluntates, atq ideo Verbum sicuti n tenetur regere actiones vel impedire peccata reliquarum voluntatum, ita nec peculiari obligatione tenetur regere actiones naturæ assumptæ, qa hæc n est magis subiecta Verbo quam reliquæ naturæ creatæ. si quis a. contra rationem supra assignatam plura desideret, legat Vasquez disp. 63. cap. 3.

CAPVT II.

De libertate Christi.

Certum e humanam Chri voluntatem fuisse liberam etiam in adimplendis diuinis iussis, siquidem certum e Christum humana voluntate meruisse per obedientiam, qua teste S. Paulo Patri fuit obediens vsq ad mortem, meritum a. n st conistere sine voluntatis libertate in operando, sed difficile admodum e explicare, quanam ratione fuerit libera in obediendo & reuera meruerit, cum ex altera parte fuerit ofo impeccabilis nec vlla ratione potuerit transgredi præceptum Patris.

Ratio a difficultatis e, qa necessario requiritur libertas ad meritum. rursum de ratione libertatis in operando e ut opus ita libere fiat a voluntate ut libere potuerit omitti atqui si humana Chri voluntas fuerit impeccabilis n potuit omittere opus sibi iussum, qa alioquin peccasset & opus Chri iussum e ab illo exercitum non fuit liberum & per consequens n fuit meritorium. similis fere ratio difficultatis fieri st circa obseruatione præceptorum negatiuorum, si nimirum ponatur talis obseruatio fuisse meritoria qua ratione necessario includit actum positiuum bonum in quo fundatur ratio meriti. ceterum qd Chri meruerit per opera conciliq certum e nec his difficultatem vllam geo ad rem præsentem.

Præmittendum e a. pro solutione difficultatis Doctores oes saltem Catholicos in hoc conuenisse, nempe ad libertatem volun=

voluntatis in operando non est necessariam potiam peccandi, sed libertatem potest esse separatam ab huiusmodi potia. et hoc patet imo: quia Deus Christi perfectissimam libertatem nec tamen ulla ratione peccare potest. 2do patet in beatis qui ratione visionis beatificae neque venialiter peccare possunt nec tamen idcirco carent usu libertatis. ~~quoniam~~ quanam a ratione Christi voluntas, quae nullo modo peccare potuit, nihilominus potuerit implere praecepta affirmativa libere ita ut mereretur mire discrepant Doctores inter se. Primo igitur modos explicandi hanc difficultatem qui non placent et hoc tempore coniores et referemus et impugnabimus, postea quid de ea re statuendum nos et dicendum indicabimus.

Primus modus est eorum qui dicunt Christum necessario quidem effecisse subditam operis praecepti, et consequenter non fuisse liberum circa subditam observationis praecepti, fuisse tamen liberum quoad intentionem actus quo praeceptum implevit. Sed contra est, quia ex illis Pauli verbis: Christus factus obediens usque ad mortem propter quod Deus exaltavit illum et c. manifeste colligitur Christum meruisse per subditam veram obediendi, id est, implendi praeceptum, reddum per promptitudinem operandi intrinsecus ab libertatis, et per consequens Christum fuisse liberum etiam quoad subditam observationis praecepti. idem etiam colligi potest ex alijs Scripturae locis, ac proinde non est cur hic modus pluribus confutetur.

2dus modus est eorum qui volunt opus illud quo Christus observavit praeceptum sibi impositum circa mortis suae alterius rei fuisse quidem liberum absolute non tamen in sensu composito, hoc est, fuisse ex se liberum quia Christus abstrahendo a praecepto poterat illud facere et non facere, quamvis supposito praecepto non poterat illud non facere nec illud est liberum sed necessarium. porro solam necessitatem absolutam non a necessitatem ex suppositione obstare meriti vel libertati probant, quia alias bona opera praedestinatorum quae necessario fiunt necessitate ex suppositione praedestinationis non essent meritoria quod est falsum. Verum ad impugnandum hunc modum dicendi et explicandi Christi libertatem circa opus praeceptum.

Supponendum est id quod ex D. Anselmo recte docet Vasquez disp. 74. cap. 4. duplicem esse necessitatem. alteram quae dicitur necessitas antecedens, altera quae dicitur consequens. necessitas antecedens provenit ex aliquo quod non est in nostra potestate et praecedit liberam voluntatis determinationem atque hac necessitas impedit libertatem, sicut in beatis illam impedit necessitas diligendi Deum quae est necessitas antecedens cum proveniat ex clara visione Dei quae praecedit actum

amoris

amoris nec e in potestate ipsius beati, atq hac necessitate impediri libertatem e adeo certum e clarum, vt etiam Artes lib. 3 moral. cap. 5. iii.
in quo vt patet ex titulo ex professo agit de ijs quæ st in potestate hra, dixit illa n pte referri in alia principia quam in ea quæ st in nobis, quem locum Artis in Philosophia latis explicuimus e ponderauimus. Necessitas consequens posterior e determinaõe nra voluntatis, siquidem prouenit ex aliquo qd e in nra potestate, vt e necessitas v: g: peccati perpetrandi ab Antichro qd orietur ex præuisione diuina eiusdem peccati futuri, vel ex futuritione eiusdem peccati, qa peccatum eiusdem Antichri præcognoscitur a Deo futurum e qa e futurum dicitur ee necessario futurum. his pontis.

Contra præductum modum e, qa necessitas n peccandi in Chro sive n omittendi opus præceptum e necessitas antecedens, vt concedunt aduersarij, nam ex ea prouenet ex vnione hypostatica quæ præcedit determinaõem humanæ Chri voluntatis circa opus præceptum neq e in potestate eiusdem voluntatis sed tm in potestate Dei & eadem necessitas impedit libertatem humanæ Chri voluntatis circa opus præceptum; oia videntur ee clara, ac proinde n e opus pluribus idem impugnare.

Tertius modus e eorum qui dicunt opus quo Chrs impleuit præceptum fuisse liberum, qa necessitas quam Chrs habebat implendi n erat necessitas antecedens sed tm consequens, qa nimirum ea necessitas n prouenebat precise ex vnione hypostatica præcedente liberam determinaõem humanæ Chri voluntatis, sed ex eadem vnione e præcepto simul, qd volunt n præcessisse prædictam determinaõem, quatenus Chrs vta ardenter desiderabat pati pro hoibus vt præceptum moriendi sibi impositum a Patre postea auerit, vt colligitur ex illis verbis Isaiæ 53: oblatus e qa ipse voluit; ex quo videtur confici prædictam necessitatem fuisse consequentem eam prouenerit ex aliqua consequenti determinaõem voluntatis.

Sed contra hunc modum e, qa ex eo sequitur Chrm per ipsam voluntatem moriendi efficacem sive per ipsam obseruaõem præcepti e actu obedientiæ n meruisse, sed tm meruisse per actum postulandi a Deo præceptum, atqui hoc e falsum e absurdum. Minor n videtur indigere probaõe. Sed: ma: pbt: qa sola voluntas postulandi præceptum fuit libera e ea n fuit actus obedientiæ, vt patet, voluntas a exequendi præceptum e ipse actus obedientiæ n fuit liber vt sequitur ex modo dicto qa supposito iam præcepto n erat amplius in potestate humana Chri voluntatis exequi e n exequi præceptum, obedire e n obedire, vt contendunt ipsemet aduersarij, sed ex vi eiusdem præcepti humana Chri voluntas erat determinata ad implendum præceptum e obediendum, ac proinde

obser=

obseruãdo precepti ẽ actu obedientiæ quo Christus idem præceptum impleuit
n fuit liber, siquidem fuit necessario necessitate antecedente proueni-
ente scilicet ex ratione hypostatica quæ ẽ antecedens determinaõem
voluntatis, vt admittunt aduersarij, ex præcepto qd ẽt antecedens
ad obseruaõem precepti ẽ actum obedientiæ, licet sit consequens ad ac-
tum postulandi præceptum. ibat ex supradictis. aly aliter fidelium
modum impugnant sed n solide, vt videre apud Aug. disp. 4 sq. c. 4. n. 10.

Quarto modo ẽ eorum qui dicunt libertatem n tolli ex
suppositione præcedenti liberam voluntatis determinaõem quæ suppo-
sito sit extrinseca voluntati neq physice mutet illiq modum operandi,
ac proinde volunt Christum fuisse liberum in obseruãdo præceptum, ẽ per
consequens potuisse mereri per ipsam subditam ~~operatam~~ obseruãdis
precepti, qa licet ex suppositione precedente liberam ipsiq determinaõe
n ꝓcet n obseruare præceptum, ea tn suppositio erat extrinseca humana
Christi voluntati neq physice mutauit illiq modum operandi, cum ex
vna parte consideret in ꝓ vnione hypostatica, ẽ ex alia in ipsa precepti
impositione. vta Suarez disp. 37. sect. 3. ab hoc. a. modo reipsa n
obiecdunt ij qui docent necessitatem ex suppositione quæ voluntate
applicat ad operandum aut aliquo modo ẽ principium operandi
ꝓõe impedire modum libere operandi, necessitatem tn operandi ex sup-
positione quæ n influit in operaõem ipsam n ꝓõe ẽ contrariam li-
bertati, qa si n influit in operaõem n pt immutare modum liberum
operandi quem aliqui in voluntas haberet sine suppositione, vnionem
a. hypostaticam n fuisse applicaõem Chri vel eiq voluntatis ad ope-
randum seu operaõem neq principium operaõum, ac proinde necessi-
tatem impleendi precepti quæ in Chri voluntate fuit, n potuisse
impedire quo minus illa libere operaretur.

Sed contra hunc modum ẽ, qa libertas ad obseruandum
præceptum ẽ indifferentia quædam voluntatis, sp quam in potestate
eiq ẽ positis oibus circumstantijs obseruare ẽ n obseruare præceptum,
sicut libertas in coeli ẽ indifferentia qua voluntas positis oibus circum-
stantijs pt operari ẽ n operari, atqui si Chri sta obseruauerit præceptum
vt potuerit illud n obseruare licet ex suppositione extrinseca profecto n
fuit indifferens ad obseruandum preceptum, ẽ per consequens n fuit liber
in obseruãdo precepti, neq e. fieri ꝓ vt quis indifferens maneat ad vtram
partem ẽ nullo modo possit se vtramuis partem declinare sed tn in alte-
ram. ẽ quamuis in Chri fuerit remota ẽ radicalis libertas vel indiffe-
rentia quæ ẽ idem cum ipsa facultate voluntatis, ea tn quantum ẽ ex hoc
modo potuit ea expedita, cum n potuerit vtramuis sed vnam tm partem
eligere.

Ado

Ido contra eundem modum 2, qa visio beatifica ex qua etia voluntas Chri fuit impeccabilis mutare pt operandi modum voluntatis, nempe ponendo e applicando voluntati summum bonum, qua praeuppo: sita applicaõe voluntas sine libertate diligit Deum & talem ex visione beatifica est impedita libertas humana Chri voluntatis in operando.

Roberti pt 2o licet visio beatifica immutet modum operandi voluntatis, praeceptum tn alicui faciendi vel non contra necessaria fuit vt voluntas eligere deberet hoc praeceptum fuisse aliquid extrinsecum voluntati Chri, ac prouidae necessitatem qua in ipso fuit ex tali suppositione n fuisse contrariam modo q operandi libere.

Sed contra hanc responsionem 2, qa licet praeceptum alicui faciendi vel n faciendi extrinsecum sit voluntati Chri, nihilominus rem praeceptam constituit inter eas res quae sine libertate a beatis amantur ex visione e amore beatifico, per quem scilicet beati necessaria volunt Deo obseruaõem mandatorum e placere ipsi voluntati, posito a. extrinseco praecepto necessarium e eligere rem praeceptam ad conseruandam Dei amicitiam. & posito eligito extrinseco atq necessario beatq e Chri eligit obseruaõem praecepti atq diligit Deum Deum. post etiam ad posteriorem rationem contra hunc modum supra factam dari alia responsio, quam satis bene impugnat Vasquez disp. 74 cap. 4. num. 20 vsq ad finem capitis.

Quinto modo e eorum qui apud Suarez tom. j in 3 partem disp. 37 sect. 3 n 2arum ante medium & respondent aliqui iuxta postremam editionem factam anno 1608. e apud Vasquez tom. j. partem disp. 74. cap. 4 num. 21. vt defendant Christum fuisse liberum ad ora moriendi sibi praeceptum, asserunt e. n quidem fuisse in absoluta Chri potestate tollere vel ponere praeceptum moriendi, sed nihilominus fuisse semper liberum Chro illi dispensaõem petere, quam si petisset pro sua reverentia exauditq fuisset, qa ergo dispensaõem petere noluit ex sua libertate sola 2 neq e. alicui praeceptum habuit n petendi dispensaõem) ideo absolute fuit liber ad implendum praeceptum sic Matth. 26 dixit ipse Chro: annapoum rogare Patrem meum e ipse exhibebit mihi, plq quam 12 legiones Angelorum: sic e. dicere potuisset: annon poum rogare Patrem e ipse auferet preceptu? atq his ipsis verbis Suarez hunc modum refert e explicat loco citto.

Sed contra hunc modum 2, qa si solum per huiusmodi facultatem petendi dispensaõem praecepti salvatur libertas e ratio meriti in operaõe qua Chro obseruavit Patris preceptum de morte subeunda, sequit Chru n fuisse liberum in obseruaõe praeceptorum naturalium in quae n cadit dispensaõ, neq meruisse per obseruaõem huiusmodi praeceptorum, sed

hoc

hoc videtur abnerdum &c. Seq. pbt: qa Chrs n potuit petere dispensaõem predictorum preceptorum & necessarie illa obseruauit, ad prouide illorum obseruãõ neq fuit libera neq meritoria.

Ridet pt Christum in obseruatõe Pdictorum preceptorum naãlium fuisse liberum & meruisse. quod circumstantias eiusdem obseruaõis.

12 Sed contra e, qa admodum durum videtur concedere quod Chrs quoad hoc fuerit peioris conditionis quam reliqui homes, nempe qd Chrs n potuerit mereri quoad substiam obseruaõis preceptorum naãlium indispensabilium, potuerunt a reliqui homes. plaribus eiusdem modum impugnant Suarez & Vasquez locis citts. Sed ea reuera n vrgent.

Sextus modus asserentium Chri voluntatem per vnionem hipostaticam & visionem beatificam ita fieri impeccabilem, vt quamuis id determinata ad honestum in cõi, hoc e, ad honesto recedere n posit, n tn e vel fuisse determinatam ad hoc vel illud bonum, sed mansisse adhuc indifferentem ad tale vel tale bonum, ac proinde sine libertate peccandi mansisse cum libertate operandi honeste hoc aut illo modo per substiam talis aut talis actus pro diuersitate obti, ex quo deducitur diuersitas substialis actuum voluntatis: ita S. Thom. q. 18. art. 4 ad 2. & q. 19. de veritate, art. 6. ad 1. Vasquez disp. 79 cap. 5. Valentia q. 18 art. 4. & alij apud Suar. disp. 30 sect. 3. & probat ergo. qui auctor tandem sect. 4. & vltm hunc eundem modum approbat. quid a nos sentiamus de hac re, mox constabit.

Dicendum, e pmo cum Authoribus 5ti modi Christum potuisse petere dispensaõem preceptti de morte subeunda, neq e. credibile e aut congruum fuit, qd aeternus Pater cum dilectissimo filio suo atq di reuerentia, dignissimo adeo seruere egerit, vt preceptum mortis Crucis imposuerit cum prohibitione petendi dispensaõem, cum neq inter homes vel cum seruis id coõiter fiat. adde qd potestas petendae dispensaõis confert ad maiorem libertatem Chri circa obseruaõem preceptti de morte subeunda, siquidem pota petendae dispensaõis e iudem preceptti tribuit Chro libertatem contrarietatis circa obseruaõem eiusdem preceptti vel circa mortem, ita vt potuerit habere hunc actum, nolo mori, nimirum petendo dispensaõem, qd cum conferat ad maiorem laudabilitatem actu virtutis quo Chrs voluit mori n videtur id e illi denegandum, partim cum id satis probabiliter colligatur ex Matth. 26. annon possum rogare Patrem meum &c. vt apud Suarez authores 5ti modi recte notarunt.

Denegando qd etiamsi Chro est denegata potestas

petendae

petendæ dispensaõis præcepti de morte subeundæ, nihilominus adhuc petere potuisset petere dispensaõem illiꝰ posterioris è quasi reflexi præcepti de ñ petendo dispensãõe, è postea obtenta huiꝰ præcepti dispensãõe petere dispensaõem præcepti de moriendo. qd si. Deus Chrõ imposuerit præceptum cum prohibitione petendi dispensaõem cuiuscũq; præcepti etiam reflexi videtur eiꝰ impossibile, cum nulla videatur fuisse necessitas talis prohibitionis aut finis eo qd Deus præviderit Christum promptissimum è propensissimum ad obediendum.

Dicendum è 2do. quamvis secundum eos Christus habuerit potestatem petendæ dispensaõis, nihilominꝰ discendo ab eadem potestate. sectꝰ modus supra explicatꝰ videtur sufficienter libertatem in Chri operaõibꝰ saluare ita vt de eo simpliciter dici posit qd libere moriꝰ tit, è qd per substiam obseruaõis præcepti de moriendo meruerit, vt a. veritas huiꝰ conclusionis appareat.

Supponendum è ex 2da libertatem actꝰ quoad substantiam ñ eodem modo è in actu externo voluntatis è in interno; siquidem in actu interno è primario è per se, in externo vero secundario quatenꝰ scilicet pendet ab interno. quapp. libertas in actu interno fõdatur è dependentia immediata ipsiꝰ a potia potente operari è ñ operari; in actu vero externo solum è dependentiꝰ ab actu voluntatis habente libertatem primariam supra explicatam.

Ex his a. sequitur adhoc vt actꝰ voluntatis in substantia sit liber necessariam è in voluntate facultatem per quã posit recedere a substia talis actꝰ actꝰ è cum illiꝰ negãõe, adhoc a. vt actꝰ externꝰ qui secundario è liber censeatur è in substia liber eo modo quo actꝰ externꝰ pt, ñ requiritur facultas qua voluntas posit recedere a tali actu, sed requiritꝰ qd tale substantia talis actꝰ externi dependeat a substia actus interni a qua voluntas posit recedere. qd etiam magis infra patebit. his positis.

Obꝰ conclusio. qd etiamsi Chrꝰ ñ potuisset petere dispensaõem præcepti de moriendo, nihilominꝰ cum idem præceptum obseruauit ñ solum eiꝰ actꝰ interni eligendi mortem fuit liber in substia, sed etiam actꝰ externꝰ moriendi, eo scilicet modo quo actꝰ externꝰ pt è liber, quamvis reipsa ñ potuerit ñ è quoad substiam, siquidem substia actꝰ externi Chri nihilominꝰ dependebat ab actu libero interno in quo constat libertas actꝰ externi & Chrꝰ discendo etiam a facultate petendi dispensaõem præcepti mortes libere moriꝰ tꝰ è per substantiam obseruaõis præcepti meruit.

2do

Sed obj: qa si Chrs praescindendo a facultate petenda dispensacois praedicta n potuerit per subitam mortis acceptata mereri maxime idcet qa Chrs ita erat determinatus ad morendum vt n poet n mori in aliqua temporis a Patre assignati differentia indeterminate sumpta, sed hoc n obstat &c. Maior patet. Minor patet: qa Martyres lege nae erant oip necessitati ad mortem, qa tn eo tempore quo poterant n mori voluntarie mortem tolerarant, ideo per ipsam subitam mortis sive acceptacois morbis pro Deo meruerunt, vt oes concedunt, quis e. neget S. Laurentium meruisse etiam per subitam sua mortis e combustionis. Similiter quamvis Chrs ex praescripto Patris necessario teneretur mori nec poet non mori in vniuersum cum peccare n poet, qa tn per actum internum liberum sicut etiam fecerunt Martyres acceptavit mortem eo tempore quo libere poterat n acceptare e n mori dicetur libere mortem liberasse etiam quoad subitam. Ratio a. huiusmodi rei e, qa n meremur formaliter per actionem externam sed per internam denominatue. Vero per externam quatenus pendet ab interna e aliqua rae ab ea derivatur. cum a. Chrs meruerit sit per actum internum acceptandi mortem, qui n solum terminatur e ad mortis circumstantiam sed etiam ad ipsam mortis subitam, ita vt tam quoad circumstantias tum quoad subitam sicut e martyres dicuntur meruisse per ipsam mortis subitam licet haec simpliciter e absolute n poet ab illis vitari, vtpote qui tandem lege nae debebant mori, e sicuti quis dicitur per patientem tolerantiam alicuius morbi mereri etiam quoad subitam eiusdem tolerantiae eo qd actu patienter tolerandi terminet ad subitam morbi licet morbus in se necessarius sit.

Dicent aliqui Martyres quidem laudari qa anticipate mortem subierunt, n tn parem racem ee in Chro, siquidem n ita anticipate mortuus e vt si tunc temporis n cet mortuus vitam cet producturus ad annos e annos iuxta cursum complexionis sua naturalis e caarum naturalium, sed credibile e tunc moraliter praeceptum mortis instasse e circa eos dies Chrs debuerit mori, simileem Chrs Ioan. 4. sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio. quapp sicut n diceretur aliquis ee libere mortuus eo qd voluerit suspendi hora nona cum tn Iudaeis sentia suspendendus cet hora decima, ita Chrs n debet dici libere mortuus si tm exercuit libertatem inantecipanda parum morte. Ho de SS. Martyribus dici n pt.

Sed contra hanc responsionem e, qa asserere qd Chro parum superesset temporis intra qd ex praecepto deberet mori e diuinae, cum n sit vnde id colligatur, illorum e. verborum Chri sicut man-

datum

datum dedit mihi &c. h d sensu, hæc ora quæ facio & prout facio
ita præcepit mihi Pater, neq vllo interpres illa verba ita illoxit,
neq e. Chrs dixit sicut facio ita præcepit mihi Pater, sed potius
contra sicut præcepit mihi Pater sic facio, hoc d, nihil oro eo-
rum quæ præcepit omitto. deinde contra eandem responsionem e,
qa valde probabile e Chrm pro suo ardentissimo obediendi Patri
e redimendi hoies desiderio quo æstuabatur donec perfueret h parū
anticipasse finem temporis intra qd iuxta Patris præceptum
debebat mori. Deinq contra e, qa licet quis ægrotaret e vi mor-
bi brevi moriturq ēet, si tn ei per mediam horam vel minq ante
temps quo naturaliter deberet mori pateretur se occidi pro Chro pro-
fecto is diceretur e haberetur Martyr e meruisset etiam per ipsam
mortis patitiam. præterea is qui eum occidisset simpliciter dice-
retur homicida & exemplum hois brevi morturi allatum pt
retorqueri contra adversarios e eiusdem responsionis authores.

Obycies: libertas moralis exigit vt operans h sit ante-
cedenter necessitatq ad hunc actum vel alium similem e æqualem, qa
si præcedat necessitas ad alterum ex duobus æqualibq h tribuitur
laudi qd hunc eligat pro illo cum vterq sit æqualis, quemadmodū
si alteri debeas vnum aureum nec rotis vel physice illum h dare,
h ideo mereris laudem vel gratitudinem qd hunc aureum vel illum
aureum oro æqualem dederis. & si Chrs fuit etiam dno physice ne-
cessitatq ad bonum actum bonum ex duobq vel pluribq oro æqualibq
nihil laudis vel gratitudinis meruit qd potq hunc quam alterum
oro æqualem elegerit.

R. transeat qd si præcedat necessitas ad alterum ex
duobq vel pluribq oro æqualibq pro eo instanti quo eligitur alter
eorum h tribuatur laudi qd hic eligatur pro illo, verum si ante
illud instans alter actq eligatur nego hoc h tribui laudi. qd pt
explicari exemplo ab adversarys allato, si quis e. sit physice ne-
cessitatq ad alteri dandum instanti b.v.g. aureum, e tn hunc
ad in instanti & præcedenti hic meretur laudem e gratitudinem;
similiter itaq quamvis quis dicere pot Chrm fuisse etiam physice
necessitatum pro aliquo instanti aut alterum ex duobq aut plu-
ribq actibq æqualibq qa tn alterum ante illud instans elegit ipsorum
eligendo illum potuit mereri. deinde dico Chrum meruisse eoqd al-
terum ex præditis actibq elegerit intensissimum sive longe intensi-
orem quam ipse teneretur eligere vel necessitaretur eligere; atq hoc
sufficit vt dici pot Chrm meruisse per restitiam obedientiæ præcepti mortis,
qa eum partes intensiores actq h distinguantur a substra ipsius actus,

sicuti

sicuti nec partes extensionis distinguuntur a substantia seu entitate quantitatis, cum singulæ partes intensionis atq; quo Christus mortem elegit terminatæ sint ad substantiam mortis, & singulæ exiluerint transgressionem præcepti, de moriendo sequitur Christum vere meruisse per substantiam observatio eiusdem præcepti, sicut etiam mereretur laudem, qui physice necessitatq; ad dantum aureum alteri daret actu intentiori quam est necessitatus dare.

Dico 3tio. Christum meruisse observasse præceptum moriendi eo quod ob plura virtutum motiva & consequenter per plures actus diversarum virtutum elegerit mortem hac præceptum moriendi observaverit, cum tn non esset necessitatus nisi ad vnum ~~tantum~~ indeterminate ex illis, atq; hoc quidem & sufficiens ad laudem & meritum sicuti mereretur laudem qui pluribus actibus internis dat alteri vnum aureum, quem illi physice necessitatq; erat dare vno tm actu interno; & sicuti qui in casu perplexitatis constituto existimans se malas duas actiones inter se oppositas quarum alteram exercere necessitaretur oro peccaret si vtramq; eligeret si scit, quamvis non peccaret si alteram tm eligeret. Quod a. sufficiat Christum elegisse mortem ob plura motiva sive pluribus actibus internis (: quod eiusq; affectioni denegari non pt :) vt dici potest Christum meruisse per substantiam mortis sive observatio præcepti de moriendo, constat ex eo quod singuli præsestinatorum actus determinate sumpti erant liberi & terminati et ad substantiam mortis, ita vt mors a singulis eorum sufficienter & adæquate dependeret. cum a hoc non implicet Christi affectioni concedendum &, quamvis id aliq negarint, qui tn audendi non est eo quod non possint assignare implicantiam.

Ex his igitur colligitur quod licet Christus mortuus sit oro libere eo quod elegerit mori vt Patris præceptum observaret, cum tn dispensationem talis præcepti petere posset, nihilominus etiam abscindendo a sincera facultate petendi dispensationem poterat defendi illum meruisse etiam ~~eo fr~~ quo ad substantiam mortis denominative. neq in hac re est ea maior difficultas quam de nobis. vtrum videlicet ex eo quod Christus abscindendo a sincera facultate non potuit eligere hunc actum, solo mori, nec potuit in vniversum non mori, nihilominus dici potest libere mortuus esse sive libere elegisse mortem etiam quo ad substantiam.

Objeres: Christus erat determinatus ad optimum & ad eligendum semper affectissimum obiu. Et cum esset affectus eligere mortem eo tempore quo mortuus & eo quod esset in hoc sibi complacere Patrem licet se hoc ei preceptum non dedisset sequitur Christum non libere elegisse mortem eo tempore neq meruisse per intentionem vel multiplicationem actuum,

actuum, eo qd hæc sint quid pfectiq, & per consequens ad ea Christus fuerit necessitatus.

Quamuis Christ etiam physice erat determinatus & necessitatus ad n peccandum, n tn erat physica necessitatis ad optimum & pfectiq de quo alias n erat præceptum, sed tm ad hoc erat necessitatis moraliter qd n tollit libertatem, sicut neq necessitas moralis ad n peccandum concessa Beatæ Virgini & reliquis confirmatis in grâa auferebat illis libertatem ad peccandum & n peccandum & ad merendum observantiâ præcepta.

Ratio a. huiq rei è, qa Christ habet n hat potam moralem ad eligendum opq miniq pfectum sive n optimum, ad qd tn hat potam physicam, qua pota è illa quæ rata difficultatis annexa nunquam è reducenda ad actum. quod a. Christ hat hanc potam physicam ad eligendum opq n optimum patet: qa alioquin Christ erat oio determinatus & necessitatus ad optimum, ac proinde n fuisset sufficienter liber & indifferens ad merendam laudem & præmium, ipso nullam oio haberet libertatem, sicut nec ullam libertatem haberent reliqui Sancti & Angeli, si carerent huiusmodi pota physica, neq Angelus custodiq ob custodiam neq beatis ob impetratoem beneficiorum deberentur gratiæ, quod tamen est falsum.

Atq hæc de Incarnatione hactenus dicta sufficiant.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST